

#  
Dux Curlandiæ & Semigallie, sicuti Princeps Feudatarius,  
Serenissimi Regis, & Membrum Reipublice Polonie Magni  
Ducatus Lithuanie, integritatem fidei & fidelitatis sue  
ut de ea Domino suo directo cõcertius constet, mediante  
Solenni Homagii exhibitione coram Solio Sacra Regie  
Majestatis cum profundissima Animi devotione juxta  
in simili peractum modum humiliter, quam primum  
Celsitudini ejus ad exhibendam hanc devotionem,  
Sacra Regia Majestas tempus & locum determinaverit,  
prestare non morabitur, quemadmodum jam exactissi-  
mam integerrimam fidei & fidelitatis observationem,  
tam quod hocce Feudum nunquam à Corpore Reipub-  
licæ, nec per partem nec per totum avelli possit, Cel-  
situdi ejus per Literas Reversales, quas Manu propria  
Subscriptas, & Sigillo Ducali munitas, ad Manus præ-  
sentis Commissionis Plenipotentiarum ejus decenter  
exhibuit, sancte & religiose appromittit. **Articu-  
lus Secundus.** Religionem Romano-Catholicam  
per Ducatus Curlandiæ & Semigallie profitentibus,  
quæquam circa libenum ejus usum, præeminentiam  
& exercitium in Formula Regimini, Reversalibus  
Prædecessorum Curlandiæ & Semigallie Ducum, æque  
ac Celsissimi Ducis moderni per Plenipotentiarum  
suum presentis Commissioni traditis abunde pro-  
visum est, interim tamen quò certior & Solidior  
Ipserum Securitas sit, Celsissimus Dux Curlandiæ  
iterum iterumq; pro se & Successoribus suis Feudi Heredibus  
quàm firmissime appromittit, quòd in Ducatibus Curlan-  
diæ & Semigallie Romano-Catholicos in libero usu & exer-  
citiis Religionis sue, neutiquam turbatum, neq; turbari  
permisurum

permisurum